

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2524

Auteur(s) : Thomas Neel, écuyer, Ollonde (seigneur)

Bénéficiaire(s) : Coutances (hôtel-Dieu)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1293, janvier

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Donation à l'Hôtel-Dieu de Coutances par Thomas Neel, seigneur d'Ollonde, écuyer, d'une rente annuelle d'un quartier de froment sur deux pièces de terre et un ménage situés dans la paroisse de Saint-Lô d'Ourville.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Le Cacheux Paul, *Essai historique sur l'Hôtel-Dieu de Coutances*, l'hôpital-général et les Augustines hospitalières depuis l'origine jusqu'à la Révolution avec cartulaire général, Paris, Picard, 1895-1899, 2 vol., t. 2, n° CXXIII, p. 116-117.

Texte établi d'après a

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego Thomas Neel, dominus de Ollunda, scutifer, dedi et concessi, pro salute anime mee, Guillelmi filii mei ac parentum et antecessorum meorum... priori, fratribus et pauperibus domus Dei Constanciensis, unum quarterium frumenti annui redditus, ad mensuram de Barnevilla, percipiendum annuatim per manum Roberti Lemintre super duabus petiis terre una cum mesnagio dicti Roberti, sitis in parrochia Sancti Laudi de Orevilla, continentibus tres acras terre vel eocirca, quarum prima sita est juxta terram Ricardi Bordon ex uno latere et ex alio juxta cheminum per quod itur de Barnevilla ad Hayam Putey, et butat ad mesnagium dicti Roberti ex uno capite et ex alio ad aquam que fluit a molendino dicti scutiferi ; secunda pecia sita est juxta terram Ricardi Lecampion ex uno latere et ex alio ad prefatum cheminum et butat ex uno capite ad predictum mesnagium et ex alio ad terram scutiferi supradicti ; predictum vero mesnagium situm est inter cheminum predictum et terram dicti Ricardi Lecampion a lateribus et butat ad cursum molendini dicti scutiferi ex uno capite et ex alio ad cheminum predictum ; — habendum, tenendum et percipiendum dictum frumentum ad festum Sancti Michaelis in monte Gargano, per manum dicti Roberti, seu per manum cujuscumque tenentis de cetero terras supradictas, una cum mesnagio supradicto, priori, fratribus et pauperibus supradictis, sine reclamatione mei aut heredum meorum de cetero facienda, salvo jure capitalium dominorum ; predicti vero prior, fratres et pauperes aut attornatus eorum poterunt in terris supradictis, una cum mesnagio memorato, suam plenariam justiciam exercere pro redditu supradicto, nisi sibi ad dictum terminum pacifice redderetur ; ego vero dictus Thomas et mei heredes tenemur et de cetero imperpetuum tenebimur prefatis priori, fratribus et pauperibus et eorum successoribus prefatum redditum garantizare, deliberare et defendere versus omnes bona fide, et ipsos priorem fratres et pauperes et eorum successores super hiis in omnibus observare indempnes ; vel alibi in nostro proprio hereditagio valore ad valorem sufficienter excambiare, si forte garantizare non possemus. Et ut hoc firmum

et stabile permaneat in futurum, presentem cartam sigilli mei munimine roboravi. Actum est hoc anno gratie M°
CC° nonagesimo secundo, mense Januarii.